



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 83. Hungaricum bellum contra Ragotsianos, & pax inde secuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. magis sinceris, magisque copiosis de-
A. C. 1711. ploratus fuerit. Princeps erat Reli-
 gionis studio, prudentia, & scientia-
 rum præcipue sacratorum ubertate cla-
 rissimus; quanto demum fervore era-
 dicandis Quesnelli erroribus insuda-
 verit, jam meminimus. Post ejus obi-
 tum inveniebatur commentarius Theo-
 logicus de Gratia ab eodem compo-
 situs, quem tamen Quesnelistæ a Mol-
 nistis interpolatum, perperam asserue-
 runt, hoc quoque scriptum obliquis
 viis impugnarunt, editis in ejus decla-
 rationem Pontifici submissam animad-
 versionibus, de quarum tamen fato
 postea mentionem faciemus.

§. LXXXIII.

*Hungaricum bellum contra Ragot-
 sianos, & pax inde secuta.*

*Wagner
 Hist. Jos. I.
 pag. 415.
 Elect. Jur.
 Publ. t. 3.
 pag. 753.*

Munitis Hungariæ Urbibus pene ori-
 nibus ad Cæsaris obsequium re-
 vocatis rebellium res in arcto positæ
 videbantur, præter exiguas arces nonnulli
 Cassovia & Mungatfino reliquis: Hac
 temporis, rerumque opportunitate Joan-
 nes Comes Palsius Marecallus uten-
 dum ratus, verbis, literis, ac legatis
 præcipua factionis capita hortabatur,
 ut positis tandem armis Josephi Cæsa-
 ris clementiam exorarent. Permovit
 com.

complures tum belli adeo funesti tæ- Sæc. XVIII.
 dium, tum suadentis auctoritas; hos A. C. 1711.
 inter præcipui erant Barckozius, &
 Poëtons Comites necnon Alexander
 Comes Karolyus, cujus suafu ipfemet
 Ragotfius præter morem usque adeo
 flectebatur, ut deliberandi spatium,
 bellique inducias peteret, quas eidem
 etiam Palfius pollicitus est, ea lege,
 ut intra tres hebdomadas arces omnes,
 quas adhuc præfidio tenebat, Cæsari
 redderet: Ad hæc Ragotfius mortuo
 Josepho literas ad Carolum Imperato-
 rem supplices quidem, asperis tamen
 exprobrationibus turgidas dedit, atque
 inducias prorogari petiit, quibus re-
 jectis atque induciis jamjam exspiran-
 tibus, Ragotfius a suis pene derelictus,
 atque in carcerem & supplicium abripi
 veritus, in Poloniam secessit. Revulso
 capite hydra uno pene ictu confici spe-
 rabatur; dedita enim Caffovia, & Ka-
 rolyo decem rebellium millia & am-
 plius ad Cæsaris signa reducente, ce-
 teri ferme omnes Ductores, milites-
 que in pacem admodum proclives vide-
 bantur. Die igitur vigesima sexta Apri-
 lis Palfius Cæsaris nomine, & Karo-
 lyus pro Hungaris Zattmarix con-
 veniunt, ubi tandem post crebros ibi-
 dem & Debrecini habitos congressus
 in plures pacis conditiones consensere,

Z 5

qui-

Sæc. XVIII. quibus utrinque firmatis die prima Maii
 A. C. 1711. pernicioso non minus quam diuturno
 bello finis impositus est. Erant autem
 hæc pacificationis capita. I. Ragotius
 ceterique Magnates, Præsules &c. II.
 intra tres hebdomadas exauctorato mi-
 lite, & dimissis urbium præsiidiis ad
 mentem redierint, libertati, dignitati
 & fortunæ restituantur. II. Ad penes
 tes & agriculturam reversi adhibita vi
 ad militiam non adigantur. III. Le-
 ges, immunitates, & religionum liber-
 tas juxta Regni leges, immota sit.
 IV. Orphanis, & Viduis bona, nisi
 sint alienata restituantur. V. Absen-
 tes, ni dolo absint, amnestia fruuntur.
 VI. Hungari & Transylvani captivi,
 indemnes ac liberi dimittantur. VII.
 Controversiæ in comitiis dirimantur.
 His pactis ab agminum Ductoribus sub-
 scriptum est, moxque Unguarinum,
 Mungatfinum aliæque minoris momenti
 Urbes deditæ: Cognita autem Josephi
 Imperatoris morte, ejusdem Mater, &
 postea Carolus V. Imperator hanc pæ-
 cem ratam habuit, omnesque Hungari
 sese eidem subjecerunt, excepto Ra-
 gotio, qui ex Russia in Galliam abiit,
 Ludovici Regis patrocínio tutus.